



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Epitome I. Alvarez De Paz In omnes libros De Vita Spirituali Eiusque Perfectione

Álvarez de Paz, Jacobo

Antverpiæ, 1620

Quod Religiosus diuinis inspirationibus pareat, bona operæ strenuè faciat,  
& nullam occasionem proficiendi prætermittat. caput. 44.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49057](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49057)

## CAPVT XXXIV.

*Quod religiosus diuinis inspirationibus pareat,  
bona opera strenuè faciat, & nullam occasione  
proficiendi prætermittat.*

**Q**uisquis diligenter in intimis sui cordis  
admisserit, & attentus vocem Domini  
se vocantis, inuitantis, & docentis ausculta-  
uerit, breui tempore magnos progressus in  
itinere vitæ spiritualis efficiet. Illud verò  
est Deum audire, Deo obedire, Dei monita  
& hortationes accipere, & illud cuiusdam  
sapientis celeberrimum dictum. Sequere  
me, vita & actione præstare. Bernardus ait:  
Quis ita vigil, & diligens obseruator mo-  
tionum internarum suarum, siue in se, siue  
ex se factarum, vt liquidò ab quæque illicita  
sensu cordis sui discernat inter morbū mētis  
& morsum serpentis? ego nulli hoc mor-  
taliū possibile puto, nisi qui illuminatus à  
spiritu sãcto speciale accepit donum, quod  
Apostolus inter cætera charismata, quæ  
enumerat, nominat discretionem spirituum.  
At licet ignotū sit nobis an cogitationes ad  
malum incitantes, à nobis, an à demone ex-  
oriantur, notū tamen & compertū est, eas  
omnes esse rejiciendas eo ipso quod ad ma-  
lū instigant. Cogitationes à Deo procedentes  
sunt,

*Bern.  
ser. 2<sup>o</sup>  
in cant.*



sunt, quæcunque ad bonum impellunt, & sanctitatem & puritatem nos excitant, mentem nostram pace quadam cælitus immissa tranquillunt. Atque harum meminit

*Psal. 84*

David dicens: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebs*

*1. Reg. 3*

*suam, & eas expectabat Samuel dum audivit*

*Dominum: loquere Domine, quia audivi te servus tuus. Et Dominus à se manare non negat, qui ait: ego sapientia habito in consilio, & eruditus inter sum cogitationibus, & que enim Deus illas approbaret, quas non*

*2. Cor. 4*

*se prodire cognosceret. Paulus quoque ait: non quod sufficientes simus cogitare aliis, sed à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra*

*Ber. ser.*

*ex Deo est. Itaque pacem, pietatem, iustitiam*

*3. 2. 123*

*Deus in nobis loquitur, nec talia nos cogitamus ex nobis, sed in nobis audimus. Omnes ergo cogitationes ad bonum moventes*

*ant.*

*ad mortificationem, ad virtutem, ad puritatem incitantes, sciamus à Deo progredi, & ab omnium bonorum principio varijs modis & instrumentis immitti.*

Has à Deo immixtas cogitationes, divinas inspirationes vocamus, quod illis Dominus in cordibus nostris desideria virtutis excitat, & ad varias boni actiones instiget. Qui attentè audire debet & diligenter operari, ut compleat, nec illis vlllo modo reluctari, quicumque vult spiritu proficere, & ad perfectiorem actionem



ctionem peruenire. Hæ inspirationes sunt  
 quæ nos bona & sancta loqui iubent. Hæ  
 quæ bonum in omnibus exemplum dare  
 præcipiunt &c. Dominus non solū per scri-  
 pturas, & per externam prædicationem, sed  
 etiam per internas inspirationes, dictis Ec-  
 clesiæ conformes, iustos erudit, vt eos ad vi-  
 tæ puritatem promoueat. Dominus intelle-  
 ctum docet, & volūtatē inflamat, & gra-  
 tiæ vires ad operandum attribuit. Qui vult  
 ergo in virtute crescere, & ea quæ sunt prin-  
 cipis, id est, viri perfecti, perdiscere, has Do-  
 mini allocutiones audiat, illis obediat &c.  
 Diuinis ergo inspirationibus obedire, effi-  
 cacissimum medium accipiendæ perfectio-  
 nis est, quoniam illa suprema maiestas,  
 cuius natura est sanctitas, cuius verbum  
 est ipsa sapientia, non vana & inania  
 nobis loquitur (quis enim hoc de Deo  
 credat) sed quæ sua puritate ac maiestate  
 sunt digna, & quæ nostræ emendationi  
 præsent. Inspiratione sua vult vitia nos-  
 tra prosternere, & duritiā mentis nostræ  
 confringere. Richardus enim ait: In obdu-  
 ratis mentibus, melius operatur Deus  
 inspiratione, quam percussione corri-  
 gunturque sæpe interna illustratione, quæ  
 non possūt flagella corrigere. O quātā vti-  
 litatis est diuinæ inspirationi parere, quæ du-  
 ritiā nostrā emollit, & emollitos Deo subijcit

*Richardus  
 lib de  
 erudit  
 interior  
 nis homo  
 6.270*

Ff

& fi-



& ficta altitudine vitiorum nos liberat. Ne solum diuina inspiratio suscepta malum pelit, sed & multitudinem cælestium donorum in nobis infundit. Nam dum Deo interloquente, & diuersarum virtutum studia percipienti obediunt, sedem in nobis virtutibus & donis supernis præparamus. Radix nostra inquit Iob, *aperta est secus aquas, & ros moratur in messione mea. Gloria mea semper innovabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.* Radix nostra cor nostrum est, à quo sicut à radice vita procedit: quod tunc secus aquas aperimus, cum diuinę inspirationi recipere & subijcimus. Tunc autem ros moratur in messione nostra, id est in iustus actionibus nostris, quæ rore, nimirum superna gratia desuper cadente, crescunt, & ad perfectionis maturitatem perueniunt: tunc pulchritudo mentis nostrę augetur, & fortitudo succrescit, quia Dominus sibi obedientibus, & seculo alloquia recipientibus largam benedictionem immittit. Bonum est itaque audire Deum, & non tantum eius præceptis omnibus in commune propositis, sed etiam specialibus inspirationibus obedire, quæ custoditæ nos à malis liberant, & bonis cumulât, & ad ampliora bona recipienda disponunt. Vtinam, inquit Bernardus, & mihi aperiat aurem Dominus, intret ad cor meum sermo veritatis, imundet oculum, & lætæ præponet visionem.

Iob. 29.

Ber. ser.  
I. in C. 1.



ut dicam Deo etiam ipse: præparationem cor-  
 dis mei audiuit auris tua. Ut audiam à Deo *Psal. 91*  
 etiam ipse cum cæteris obedientibus: & vos *Ion. 15*  
 mundi estis, propter sermonem, quem locu-  
 tus sum vobis. Nec omnes mundantur, qui *Luc. 11*  
 audiunt, sed qui obediunt. Beati qui audiunt  
 verbum Dei & custodiunt illud. Talem re- *Deut. 6*  
 quirat auditum, qui mandat dicens: Audi Is-  
 rael. Talem offert, qui ait: loquere Domine,  
 quia audit seruus tuus. Talem spondet, qui  
 dicit: Audiam quid loquatur in me Domi-  
 nus Deus. Et ut scias etiam Spiritum sanctum *Greg. 3*  
 hunc in animæ spirituali profectu ordinem *Psal. 34*  
 obseruare, ut videlicet prius formet audi-  
 tum, quam lætificet visum: Audi, inquit, si- *Psal. 44*  
 lia, & vide. Quid intendis oculum? aurem  
 para. Videre desideras Christum: oportet te  
 prius audire illum, audire de eo, ut dicas,  
 cum videris: Sicut audiuius, sic vidimus.  
 Immensa claritas, visus angustus, & non  
 potes ad eam. Potes auditu, sed non adspe- *Gen. 3*  
 ctu: Clamantem denique Deum, Adam  
 ubi es? non videbam iam peccator, audiebam  
 tamen: sed auditus ad speculum restituet, si  
 pius, si vigil, si fidelis præcesserit. Fides  
 purgabit, quem turbauit impietas. Et  
 quem inobedientia clausit, aperiet obe- *Psa. 118*  
 dientia. Denique à mandatis tuis intelle-  
 xit, inquit, quod intellectum reddat ob-  
 seruatio mandatorum, quem tulit transgres-  
 sio.



Gen. 27 quomodo præ cæteris sensibus auditus  
 tam sene vigeat. Caligant oculi Pa-  
 triarchæ, palatum seducitur, fallitur  
 Rom. 10 manus, non fallitur auris. Quid mirum  
 si auris percipit veritatem, cum hies ex au-  
 ditu, auditus per verbum Dei, verbum Dei  
 veritas sit? Ita omnia bona in-  
 auditio Dei, auditio, inquam illa, qua  
 mente audimus loquentem Deum, & ope-  
 re quod iubet solerter exequimur. Primo  
 intellectum erudit tali doctrina, tali lumi-  
 ne, quod si velimus, desideria excitet, vo-  
 luntatem moueat, & cor inflammet. Deinde  
 ad opus excitat, ad bellum contra vitia  
 & vniuersos affectus in ordinatos prouo-  
 cat. Tandem mundiciem, & mentis san-  
 ctitatem importat. Intenti igitur simus vo-  
 ci Dei, & cum eius esse internam vocem  
 coniectamur, ei diligentissimè obediens  
 simus Ipse Dñs gloriæ est qui vires nostras  
 interiorius mouet, vt bonum sciamus, velimus  
 & operemur. Ipse profecto (vt ait pulcherrimus  
 Bernardus) monet, & mouet, & docet. Mo-  
 net memoriã, rationem docet, mouet volun-  
 tatẽ. In his enim tribus tota cõsistit anima.  
 Propterea non solum moneri, & doceri, ve-  
 rum etiam moueri, & affici ad bonum ne-  
 cesse est, ab eo vtiq; spiritu, qui a diuina in-  
 firmitatem nostrã, & per quem in cordibus  
 nostris

Bar. ser.  
 1. pens.



nostris diffunditur Charitas, quæ est bona voluntas. Itaque cum sic adueniens Spiritus totam possederit animam suggerendo, instruendo, afficiendo, loquens semper in cogitationibus nostris, vt audiamus & nos, quid loquatur in nobis Dominus Deus, rationem illuminans, voluntatem inflammans, non tibi videtur, quia totam domum impleuerint dispersitæ lingue tanquam ignis? Si Dominus est, qui venit, si Spiritus eius est qui loquitur, si Deus ipse annūciat homini eloquium suum: præparare, ô anima, in occursum Dei tui Israel.

Enitendum est, vt omnia bona opera diligenter, & strenuè perficiantur. Cum vero aliquod opus bonum aggredieris, etiã si minimum aut leuissimū videatur, illud magni momēti, & apud Deum magni valoris esse memōto: qua meditatione formatus, opus occurrens non perfūctorie non quasi aliud agens, sed quietè, attentè, & deuotè incipies continuabis atq; perficies, &c. *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua*, vt enim inquit Gregorius: Valde perfectorum est, sic ostenso opere, auctoris gloriam quærere, vt de illata laude priuata nesciãt exultatione gaudere. Tunc solū namq; innoxie hominibus laudabile opus ostēditur, cū per despectum mētis veraciter laus impēsa calcatur &c. *Sepe vera in ostēsiōe operis, auctoris pateface*

Mat. 6.  
Greg.  
moral.  
lib. 3. c.  
38.



gloriam cupiunt, sed excepti fauoribus, laudis propriae cupiditatem rapiuntur: cumque semetipsos deiudicare interius negunt, sperni exterius ignorant, quod agunt, eorumque opus suae elationi militat, atque hoc se impendere obsequio largitoris portant, &c. Nonne animae exercitatio, est negatio sui, qua prauos affectus & vitia velut humores noxios minuit, atque collimit? Sed in dubium esse non potest Salomonis sententiam excipienti: *Diligenter*

*Pro. 24.* *exerce agrum tuum, ut postea adifices domum tuam.* Agrum quippe exercere est, vitia nolite mortificatione conuellere, & affectus nostri abnegatione purgare. Vnde Gregorius

*Greg. 10. mo. s. 16.* ait: Quidnam est, preparato opere agrum diligenter exterius exercere, nisi euulsis iniquitatis sentibus, actionem nostram ad frugem retributionis extollere? &c. Ars longa & vita breuis. Deus post Adae peccatum vitam nostram abbreviauit, ut mollestiae eius

*Amb. ser. 42.* quae prosperitate non poterant, temporis exiguitate finirentur. Et ideo etiam, ut ipsa suam potentiam in humana imbecillitate monstraret, qui in tanta vitae breuitate, artem longam perfectionis hominum docet: Nam rogo, quoniam ars spirituali longior, & virtutis perfectior prolixior? Hoc homo discit, non tantum Deum cognoscere, sed Deum amare.



complecti, Deum ad se pertrahere Deum  
 actibus imitari. Hac discit terram in cælum  
 conuerrere, animale in spiritale, impurum in  
 sanctum commutare. Hac discit seipsum, &  
 omnia terrena contemnere, & suam men-  
 tem diuitijs numquam perituris ditare, &  
 Dei puritatē ac sanctitatem induere. Quod  
 si artes, quæ rerum creaturarum naturas con-  
 siderant, longæ, id est multum temporis ad  
 sui adeptionem requirentes, appellantur,  
 quantum hæc perfectionis ars cæteris non  
 solum dignitate, sed & temporis, ad sui ac-  
 quisitionem necessarij dunturnitate præsta-  
 bit, quæ creatorem ipsum docet non tan-  
 tum cognoscere, verum etiam vt sponsum  
 complecti, & illi tanquam Domino famula-  
 ri? Illi quidem qui ex vilibus metallis, &  
 multis varijsque rebus, aurum se facturos  
 promittunt (quos alchimistas vocant) lon-  
 ga temporis spatia ad hanc conuersionem  
 faciendam exposcunt: quam in immensum  
 longiora requiruntur, vt carnalis homo in  
 spiritualem, & terrestris in cælestem com-  
 mutetur? profecto, ars longa & vita breuis,  
 sed in hoc potentiam suam ac misericordiã  
 commendat Deus, quod artem longam bre-  
 uiter ingerit, & non solū annosos homines,  
 & senio confectos, sed & pueros, & tene-  
 ras puellas perfectione virtutis imbuit.

Cum ergo perfectionis ars longa sit, quæ  
 docet



docet peccata destruere, vitia extinguere, defectus moderari, virtutes acquirere, Deum amore cōplecti, & vitā caelestem atq; diuinā in terris instituere, necesse est, vt nos perfectioni assequendæ incessabili diligentia cooperemur, & vt in rem magnā, & non peruiam, sed plane difficilē & laboriosā incumbamus. Qui autem in omnibus studet proficere, hic nec reprehensioni locum dabit, nec (licet ad finem perfectionis non veniat) sui laboris fructu carebit: vnde Bernardus ait; Ambulare, proficere est. Non ambulātem sed sedētem à mortis tenebris cōprehendi, periculum est. Et quis sedet, nisi qui nō curat proficere? Id caueto. & si morte p̄occupatus fueris, in refrigerio eris, dices Deo: *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* Et nihilominus *in libro tuo omnes scribentur.* Qui omnes? profecto qui in desiderio proficiendi inueniuntur. Proficientes enim si morte p̄occupati fuerint, in eo quod eis deest perficiendi sunt. O magna consolatio quod à nobis non peruentio ad perfectionē, sed labor proficiendi, & enitendi solum exigitur. Imitentur proinde spirituales vii falsæ & fugacis pulchritudinis amatores, qui indignissimum ducunt, aliquā occasionem placendi ei quam amāt p̄termittere. An non sunt amatores verē sapientiæ, cuius decor numquam perit? An non sunt similes

Ber. ser.  
15. ex  
paruis.

Psal.  
138.



illi qui dicebat. Hanc amavi, & exquisivi *Sap. 3.*  
 à iuventute mea, & quesivi sponsam mihi  
 eam assumere, & amator factus sum formæ  
 illius? &c. Redimamus à malitia tempus,  
 quo possimus in nostræ virtutis augmen-  
 tum semper in-umbere. Quid est redimere  
 tempus, nisi aut detrimento rerum tempo-  
 raliū, aut nostræ commoditatis damno,  
 tanquam pretio soluto tempus coëmere,  
 in quo vacemus virtutis studijs? Redimere  
 tempus est, inquit Anselmus, vt quando  
 aliquis infert tibi litem, perdas aliquid, vt  
 Deo vaces, non litibus. Quod enim perdis,  
 pretium est temporis. Quo modo perdis *Ansel-*  
 nūmos, vt emas tibi aliquid, sic perde num- *mus. ib.*  
 mos vel quodlibet aliud, vt emas tibi quie-  
 rem. Redimamus itaque tempus, id est, cō-  
 modis nostris, & curis huius sæculi subtra-  
 hamus, vt in frequentibus virtutum occa-  
 sionibus, quæ singulis momentis se offerūt,  
 seipsū impendat. Redimamus tempus, quia  
 verè captiuum est, cū nō Deo famulatur, sed  
 nostræ propriæ voluntati, aut vanitati deser-  
 uit. Tunc verò redimimur, cum ab ijs, quæ  
 nostrum statum non decent, liberatum, au-  
 gmenti nostræ virtutis à cōsequimur &c Sa-  
 lomon ait: *Quodcumque facere potest manus tua Eccl. 9.*  
*instanter operare.* Quid est quodcumque? &  
 magnum bonum facito & minimum non  
 omitte? difficile amplectere, & facile noli  
 ad-



adspernari. Minima perfecto à nobis facienda sunt, vt in postremo die in minimis fidelibus inuenti super maiora constituamur. Sed valde formido, quod in magnis Dei voluntatem non facit, qui in minoribus virtutem spernit.

## CAPVT XXXV.

*Quod religiosus perfectionem amans sit vitæ communis affectator, otiositatem odio habeat, & nimias occupationes timeat.*

**N**on est minoris momenti ad viam perfectionis feliciter peragendam, amor & exacta custodia vitæ communis, quam in statu religioso nostri maiores instituerunt, & suo exemplo ac vitæ ratione probarunt. &c. Merito quidē vitæ religioſa quam omnes in commune sequuntur, vocari potest expultrix malorum & maximorum bonorum initium &c. Thomas inter Apostolos Dominum videt, manuum vulnera tangit, aperturam lateris osculatur; & quæ hominem agnouerat, Deum confitetur. *Ysa. 29.* dicens: Dominus meus, & Deus meus. Et tu similiter si à consortio fratrum per negligentiam aut singularitatem, auulsus, Dominum corde aut opere reliquisti, vel conscientie scrupulis punctus, & cæcitate turbatus, Deum tibi inensum cognouisti, redi